



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla L.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

1. Iuramentum licitum, uel illicitum proficuum, uel nocuum episcopus dispensare, uel remittere potest secundum communiter doct. cano. in c. ex administratione iure iur. Innoc. in c. debitores eo. tit. beat. Thom. 2. in 88. art. 8. Innoc. Ant. Abb. & Imol. in c. ad aures extramet. causa Io. And. in c. cum quidam eo. tit. de iureiur. Loren. in tract. de usur. q. 122. q. nota.
1. Amplia. etiam in iuramento quod seruari potest sine iuramento salutis eternae. sed est periculosum exemplo. Atamen potest per ipsum episcopum relaxari. Anch. in c. venerabilem ad fin. de elect. hoc idem spec. in titulo de delegato. §. nunc ostendendum uers. 24. ubi dicit quod episcopus potest interpretari an iuramentum indigeat absolutione uel non. Ita card. consil. 38. quidam habens filium in debito. Feder. consil. 14. incip. monachus 4. col. & consil. 27. In nomine domini. & Mathe. sing. 50. Rom. sing. suis 41. & 426. Ancha. consil. 18. in quaest. quae uertitur nu. 6. in quarto praesupposito. ubi dicit quod episcopus non debet difficilem reddere in relaxatione iuramenti, ex quo uersario nullum ius deperit. sed submoto obstaculo, persona habilitatur ad actum, quod tu nota.
1. Fallit quando per absolutionem habilitatur persona quae iurauit nullo modo conuenire, sed ad finem ut possit dicere de iuribus suis. uel de enormi laesione. nec in hoc requiritur aliqua citatio partis. Ita Old. consil. 120. ad duplicem finem. & Anch. consil. 18. nu. 6. Et Castr. consil. 17. circa primum quaesitum, & Feder. de Senis. consil. 300. factum tale.
2. Fallit etiam quando ex facto recipientis notoria constaret de turpitudine ex parte sua, & in facto constaret nullam defensionem sibi competere, secundum d. Abb. & Felin. in d. c. ex administratione, de iureiur. nu. 25. uers. limita. & nota Bar. in l. ii. §. quod frumentaria. ff. de administratione rerum ad ciuit. pertin. & Abb. in c. tuas de usur. ubi

ponit in: elle et ad c. debitores de iureiur. q not. & uide in is terminis eleg. consi. Cald. 7. an episcopus possit procedere, & concludit, q si certum est absenti nullam competere defensionem potest episcopus iuridice relaxare iuramentum, uel declarare ad cautelam iuramenti eum nullo modo teneri q tu subtilis uide & nota.

3 Fallit etiam quando constaret q nemini competit actio: uel aliquod ius ex tali iuramento secundum Cardi. consi. 3. quidam habens, & Io. And. in rubrica de iureiur. ubi dicit, q si iuramentum est temerarium, etiam ex parte iurantis non requiritur partis citatio. sed fieri debet reuocatio a iuramento, cum multis alijs, q nota.

4 Fallit itidem quando iurans petit absolutionem, per quam habiliteretur ad finem agendi coram iudice ordinarij tenet Innoc. & Imol. in d. c. administrationis, quia episcopus debet relaxare iuramentum absque scrupulo conscientie ad finem agendi de iuribus suis coram ordinario. q tu legis ta obserua & nota.

5 Fallit etiam in sortilegio ac etiam in periurio. ubi episcopus legitime dispensare potest, secundum Card. consi. 3. col. fin. & in c. i. de sortileg. & specular. in titu de dispensat. 6. nunc de episcoporum, & late deci. in c. at si clericus de adulterio. nu. 44. & 45. de iudi. late Felin. in c. 2. de spons. nu. 25. usque. nu. 28. q not.

Fallit etiam antequam iuras incidat in periurium, quia postquam incidit non potest petere relaxationem, quia frustra legis beneficium iuuocat, qui in legem committitur. Ita Fed. de Sen. consi. 300. ex quo periurus non potest agere, nec in iudicio esse. l. si quis maior. C. de transact. sed Innoc. in c. dilecto de prebend. dicit, q periuro bene denegantur spiritualia, sed temporalia conceduntur. Ita q ex una causa sibi denegatur beneficium, sed non ex alia causa repellitur. secundum Roman. sing. 499. tu scis. Alex. consi. 17. ponderatis col. i. uol. 3.

REGULA LI.

Ius agendi ad supplementum legitime filii quanto tempore

